



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 19. Tres antiquæ voces Ciceroni restitutæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Namque Venerem quicumque refugiunt nimis.  
Perequè agrotam, atque qui appetunt nimis.  
Itidemq; qui erga principum ac potentum amicitiam  
hoc aut illo modo affecti sunt. & puto hanc veriorem  
scripturam horum Euripidis versum, quam quæ  
apud Stobæum:

Oι γρ κυριν φόβοντες ανθρώπων ἔχειν  
Νοστού ὄμοιως τοῖς διάκουσιν ἔχειν.

Atque hæc èd notaui, eiusdemque generis alia post  
hac fortassis notabo, ut prosim studiosis: non vt quæ  
quam detrahant de gloria & existimatione eruditio  
rum hominum, quos in magnis & arduis operibus in  
terdum dormitantes qui non ferat, aut qui eos pro  
pterea minoris faciendos putet; is mihi ab omni ho  
manitate alienissimus esse videatur.

Tres antique voces Ciceroni restituta.

CAPUT XIX.

**V**ETERA quædam vocabula sunt apud Cicero  
nem, corrupta ab iis qui quicquid minus vinci  
tum est, pro suo iure expungere, & quicquid collibus  
substituere audent, etiam inuitis, nam hoc nonnum  
quam profitentur, & reclamantibus omnibus libertate  
quorum nisi regatur & coercentur audacia, paucis annis  
in Cicerone minima pars Ciceronis futura est.  
Quosdam hic proponam locos, ex quibus hoc quod  
dico intelligi possit. Ita igitur scriptum est libro quinto De finibus: Stoici restant. hi quidem non vnam ali  
quam aut alteram à nobis, sed totam ad se nostram philoso  
phiam transtulerunt. atque vt reliqui fures earum rem  
quas ceperunt signa committant, sic illi vt sententiis nostis  
pro suis vterentur, nomina, tamquam rerum notas, mul  
uerunt. Sed in libris veteribus, clepsierunt, legitur, non  
cepserunt.

cepunt. quod sine dubio rectum est. Cicero ipse alibi Sparte, rapere vbi pueri & clepero discunt. Eodem modo peccatum est libro primo De diuinatione, in versibus veteris poëtae de Cassandra:

Sed quid oculis rapere visa est drepentè ardētibus?  
Non enim rapere, sed rabere legēdūm est. Et libro  
secundo Tusculanarū: Ingemiscere nonnumquam viro  
concessum est, idq; rād. Eiulatus ne mulieri quidem. Et  
hic nimur est fletus, quem duodecim tabula in funeribus  
adhiberi vētuerunt. Neque enim fletus in vētustis libris,  
sed lessū legitur. Quod autem quidam homo erudi-  
tus, pro vētuerunt, voluerunt legi vult, id talē est, vt ne  
ip̄i quidem, si diligenter considerarit, probatum iri  
putem.

## De quibusdam locis Laertij.

## CAPUT XX.

MULTA sunt adhuc apud Laertium corrupta :  
etsi praeclarām in eo emendando nauauit ope-  
tam, homo & industria & eruditōne præstans, qui  
libros ipsius cum vētustis exemplarib⁹ collatos haud  
ita pridē edidit. Nos verò eum & amare ac laudare  
debemus ob ea quæ præstīt, & si quid ipsius diligē-  
tiam fugit, id ingenuē cum studiosis communicare.  
In vita igitur Socratis (hinc enim exordiemur) ita  
scriptum est: Εὐθύπερων ἢ τῷ πατέρι γεράσαυεν ξενίας  
διότι δούτη πνεύμα σιλεχθεὶς ἀπήνεγε. Sed qui Pla-  
tonem vel primoribus, vt dicīt, labris attigerunt,  
fansiſciunt, non fuisse illam ξενίας διότου, quam Euthy-  
pharo intendebat patri: accusabat enim eum, quod  
mercenarium quendam enecasset: vt dubium non  
sit, quin pro ξενίας legendūm sit, ξενοτοιχα. Paulo  
post autem, vbi Euclidem à Socrate reprehensum  
marrat,

t Muret  
ar Lectione  
LII

25